



AD

VIRVM. CLARISSIMVM

CHRISTIANVM. VILELMVM
BOSIVM



L I P S.

SVM MOS. IN. PHILOSOPHIA. HONORES

A D E P T V M.

ERNESTI. FRIDERICI. WERNSDORFI

PH. BACCAL.

E L E G I A

Av





VIRVM CLARISSIMVM



Ad sacra tu miserae curris miser ipse Sophiae.
Siste gradum, falli desine, Momus ait.
Adspicis, ut laute soleant nutrire ministros
Templa. Manent studium praemia larga breue.
Aula suos auro uestit, gemmisque decorat,
Et res, articulos quodque rependit opus.
En fora quos lassant faciles stipantque clientes,
Adportat numum uocula quaeque suum.
Serues uel perimas fidentem fraudibus aegrum,
Vel post exsequias congeret error opes.
Hos uoco felices. Sed quid mendica Sophorum
Turba parat, pareum docta uorare cibum.
Praemia digna ferunt deliria gentis ineptae,
Hos facient stolidae barbara uerba scholae,
Inque sua lateant morosi turpiter umbra,
Erucas quaerant uermiculosque fecent.
Arguit huncce Sophum confestim sordida uestis,
Quodque in plateis somniat usque means,
Illum, quod tumidus uentrosa incedit ab arte.
Aequatura bouem rana uidetur. Eheu.
Aetas quaeque nouam suenit generare Sophorum
Classen, quos sannis excipit usque sequens.
Vnus neue sibi constat, nec consonat alter,
Ridiculumque gregem rixa perennis agit.

Quis colit hos, nisi quod socium ueneretur et ornet?
Quisque suum. Sapiens hoc quis honore salit.
Mome putas igitur, te dicere uera. Quis artis
Audiat ignarum, aut putet apta loqui.
Adculsa stomachum, simili nam iure ualebis.
Nilque Sophia meret, nil meret iste quoque,
At cunctis membris succum roburque ministrat.
Tolle Sophos, artis corrueat omnis honori
Non doctus quisque est, cui docti nomen adhaeret.
Rusticus est doctus, qui caret arte Sophi.
Est genus exosum mortalibus, exstat ubique,
Estque nocens, uni quod sibi seruit idem.
Scilicet hos stimulat non ueri celsa cupido,
Cumque fame numi sordidus ardor agit,
Moreque factorum discunt, quo lucra parentur.
Non quod perspiciant ciuibus esse bono.
Mox ubi compleverint annos, propter anhelant
Munia, sed cui fumus et aura datur.
Iam ceruice tument asinina, et fortiter atra
Conspargunt macula, quae male cumque sciunt.
Neue aliquis norit, quam sit sibi curta supellex,
Temnunt, quos uernunt se superare, Sophos.
Hosce mali fontes, hos fantur numinis hostes,
Nugantes regni quisquiliisque uocant.
O nimum damnosa cohors. O quisquis amabis
Vera, time castes, et meliora cape.
Qui sapit imbutus doctrina et fonte Sophiae,
Pespiciet clare res, solideque capit.
Ordine cuncta gerit, facile praestare ualebunt
Vires, quod reliquis uix erit usque datum.
Non eget is luxu, non curribus, aere, caballo.
Desint uana, tamen mente quietus erit.
Sed nonne adsiuuae rixae litisque Sophorum.
Inquis, quis partes colligat inde bonas.
Philosophis igitur fas est adscribere solis,
Quam quisquis simili fert ratione luem,

Sic que magis perfert, artes ut quilibet odit,
Indocti quando consonere magis.
Difficilis, fateor, ueri uia recta paratu est.
Inter dissensus. Sit tamen. Inde quid est.
Concludes ergo, spernenda est semita ueri.
Vita tibi, ut uerum contuere, data est.
Desine iure quidem reuereri numen eodem,
Differt nam cultu natio quaeque dei.
Ergo TE merito traxit laudabile, BOSI,
Serutari studium uera simulque sequi.
Quam TE sollertem uidit nox multa diesque,
Nec quoque TE studii poenituisset potest.
Discere sic solide studii fundamina sacri
Ac hostes poteras ense fugare suo.
Publica TE nuper sectata est gloria, Paulli
Quod bene quod solide scripta sacrata legas.
Accippe, quod decuit compingere carmen amicum,
Quum caput exornant praemia digna TVVM,
Consuerudo frequens, studii consortia, doctor
En iam nota piae mentis, grauiora sequantur
Praemia, mox armos pallia sacra premant.
Felix exhilares senium uenerabile PATRIS,
Et capiat fructum patria rite. Vale.

LIPSIÆ. D. XXV. FEBR. A. R. G. cldcccxxx

LITERIS. B. C. FREITKOPFI



78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148




TA-506

KONP

017







AD
 CLARISSIMVM
 NVM. VILELMVM
 OSIVM
 T I P S.
 HILOSOPHIA. HONORES
 A. D. E. P. T. V. M.
 RIDERICI WERNSDORFI

PH. BACCAL
 LEGIA

64

AK

